



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. XIX. De dupli Congregatione Carmelitarum Discalceatorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

bus, quoque vix aliquis Romæ sanctior  
eo tempore reperiri posse credebatur,  
ut Baronius Annalium tomo xii. in  
rebus gestis anni 1187. prædicat. Item P.  
Franciscus à SS. Sacramento, Hispanus,  
Neapoli in Italia an. 1609. defunctus; P.  
Iacobus Mediolanensis, Italus; F. Andreas  
Burgensis, laicus; P. Antonius à Cruce, Da-  
rocensis; F. Didacus à Iesu, cognomento Si-  
lentiarius, Segobiensis; & F. Bartholomæus  
laicus, qui in Nauarræ opido Tudela an.  
1606. diem clausit extremum. Omitto P. An-  
tonium à Iesu, qui primus nouæ huic refor-  
mationi præfuit; P. Nicolaum à Iesu Maria  
Genuensem, totius ordinis Generalé; P. Gre-  
gorium Nazianzenum, P. Marianum à S. Be-  
nedicto, Italum; P. Ioannem Baptistam; P. Do-  
minicum à Præsentatione; P. Ioannem à Iesu  
Maria, Pastranensem, omnes instituti eiusdē  
Prouinciales; P. Ioannem à Simone, Canta-  
brum; P. Emanuelem à Matre Dei, Biacense;  
F. Didacum à Iesu, coquum Vallisoletanum,  
aliosque innumerabiles, alibi pleniū à no-  
bis laudandos.

## CAPVT XIX.

*De duplice Congregatione Carmelitar-  
rum Discalceatorum.*

**P**Ræter veterum Carmelitarum, quos  
Mitigatos vocant, Congregationem tota  
Euro-

Europa diffusam, sunt insuper duæ Carmelitarum Reformatorum, quos Discalceatus nuncupant, Congregationes, nimirum Hispanica & Italica, quarum singulæ suum habent Præpositum Generalem.

*Hispanica Congregatio.* Hispania à Sixto V. Papa in aliquot prouincias est distributa, & à Clemente VIII. proprium obtinuit Generalem, qui in Hispania sedem habet. Sunt huius instituti prouinciae in Hispania nunc quinque aut sex, & monasteria circiter centum. Ad eamdem Congregationem pertinent Mexicanum, & alia Indiæ Occidentalis monasteria. Præcipuus restitutæ obseruantæ propagator fuit B. Ioannes Crucius, hortante B. Teresia virginne, obiitque anno 1591.

*Congregatio S. Eliae.* Italica seu S. Eliae Congregatio complectitur non solum Italiæ, sed etiam Galliæ, Germaniæ, Poloniæ, Belgij, Lotharingiæ, Indiæ Orientalis, Persiæ, aliarumque prouinciarum monasteria.

Quod ad Belgij monasteria attinet, sunt ea non pauca, puta, Bruxellense, Louaniense, Ambergense, Duacense, & Insulense, præter Leodium & Coloniense, sub ditione Imperij Germanici. In ijsdem opidis, itemque alijs sunt & Virginum Carmelitarum Discalceatarum cœnobia sanè illustria: inter quæ eminet Bruxellense, regio sumptu excitatum ac dotatum à Ser. mis Belgarum Principibus Alberto & Isabella Clara Eugenia.

De his plura si voles, libellum nostrum de origine Carmelitarum Antuerpiæ editum consule.

In Polonia habent PP. Carmelitæ Discalceati cœnobia tria, Cracoviense, Lublinense & Leopolense, præter virginum monasteria non pauca: ad quæ fundanda primæ moniales ex Bruxellensi conuentu sunt missæ.

De Scriptoribus ord. Carmelitarum, post Trithemium & Petrum Lucium, plenius ex stat commentarius, studio R. P. Thomæ à Iesu Bratiensis, Præfecti Provincialis Discalcedatorum in Belgio.

## CAPUT XX.

De B. Teresia ordinis Carmelitarum reformatrice, & alijs Sanctis ord.

Carmelitarum.

B. Teresia Abulæ in Hispania, singulari Anno quadam Dei prouidentia, illis temporibus nata est, quibus Lutherus excucullatus apostata virus in Ecclesiam cœpit effundere. A Etate iam grandior monasticon amplexa, ac demum austerioris vitæ cupida, supra mulierem naturam, supra vires ac conditio nem sui sexus se extulit. Plurimis namque monasterijs per Hispaniam excitatis, primæ uam sui ordinis disciplinam adeò faustè instau-